



**C**Um Marſus Hermannii filius aliquo tempo-  
 re rebus in Germania præſuiſſet, eius filius  
 Gambriuius ei ſuccedens regno ampliſſimo poti-  
 tus eſt. Hic longè lateq; ſuum imperium extendit,  
 atq; finitimos quoſq; ſibi ſubiecit. Cum autem iſ a  
 uictoria acquiſita Zuvinger aut Cimber dicere-  
 tur, factum ut deuictis populis nomē ſuum impo-  
 neret, atq; Cimbros appellaret: qui poſtea Germa-  
 nis additi Romanum imperiū deuaſtarunt. ab eo-  
 dem etiam Cimbrica Cherſoneſus ſuum nomen  
 fortita eſt. Cum autē iſ rebus per quadraginta qua-  
 tuor annos præſuiſſet, regnum uita functus filio  
 Sueuo conceſſit. Eodem uerò tempore Iacob cū  
 ſuis liberis in terra Chanaan florebant, atque Belochus decimus Aſſyriorum  
 rex in partibus tranſmarinis Monarcham agebat, Anno poſt diluuium quin-  
 geſimo triceſimo quinto. Berof.